

# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

# OBISPADO DE LEÓN


ADMINISTRACIÓN DEL HOSPITAL  
de San Antonio Abad de León.



El Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de la Diócesis, Patrono de este Establecimiento, tiene acordado proveer por concurso la plaza vacante, que en turno le corresponde, de 2.º Médico-Cirujano del mismo, con la dotación de mil trescientas pesetas anuales y las obligaciones que le están impuestas por Reglamento.

Lo que se anuncia por medio del presente, para que los señores Médicos que aspiren á obtenerla, presenten, dentro del plazo de veinte días contados desde esta fecha, en la Secretaría de Cámara del Obispado, sus solicitudes acompañadas de los títulos académicos, méritos y servicios prestados y certificación de buena conducta moral y religiosa expedida por el propio Párroco.

León, 15 de Marzo de 1898.—El Administrador, Licenciado Eulogio Horcajo.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII  
EPISTOLA ENCYCLICA

AD ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM  
ORDINARIOS FOEDERATARUM  
CIVITATUM CANADENSIVM PACEM ET COMMUNIONEM CUM  
APOSTOLICA SEDE HABENTES

*(Conclusion.)*

Ista quidem et iudicandi principia et agendi, quae in veritate iustitiaque nituntur, nec privatorum tantummodo, sed rerum quoque publicarum continent salutem, nefas est in dubium revocare, aut quoquo modo deserere. Igitur cum puerorum catholicorum institutionem debitam insueta lex in Manitobensi Provincia perculisset vestri muneris fuit, venerabiles Fratres, illitam injuriam ac perniciem libera voce refutare: quae quidem officio sic perfuncti singuli estis, ut communis omnium vigilantia ac digna episcopis voluntas eluxerit. Et quamvis hac de re satis unusquisque vestrum sit conscientiae testimonio commendatus, assensum tamen atque approbationem Nostram scitote accedere: sanctissima enim ea sunt, quae conservare ac tueri studuistis, studetis.

Ceterum incommoda legis manitobensis, de qua loquimur, per se ipsa monebant, opportunam sublevationem mali opus esse concordia quaerere. Catholicorum digna causa erat, pro qua omnes omnium partium aequi bonique cives consiliorum societate summaque conspiratione voluntatum contenderent. Quod, non sine magna iactura, contra factum. Dolendum illud etiam magis, catholicos ipsos Canadenses sententias concorder, ut oportebat, minime in re tuenda iunxisse, quae omnium interest plurimum: cuius prae magnitudine et pondere silere studia politicarum rationum, quae tanto minoris sunt, necesse erat.

Non sumus nescii, emendari aliquid ex ea lege coeptum. Qui foederatis civitatibus, quique Provinciae cum potestate praesunt, nonnulla iam decrevere minuendorum gratia incommodorum, de quibus exostulare et conqueri catholici ex Ma-

nitoba merito insistunt. Non est cur dubitemus, susceptum id aequitalis amore fuisse consilioque laudabili. Dissimulari tamen id quod res est, non potest: quam legem ad sarcienda damna condidere, ea manca est, non idonea, non apta. Multo majora sunt, quae catholici petunt, quaeque eos jure petere, nemo negel. Praeterea in ipsis illis temperamentis, quae excogitata sunt, hoc etiam inest vitii quod, mutatis locorum adjunctis, carere effectu facile possunt. Tota ut res in breve cogatur, juribus catholicorum educationique puerili nondum est in Manitoba consultum satis: res autem postulat, quod est justitiae consentaneum, ut omni ex parte consulatur, nimirum in toto positus debitoque praesidio septis iis omnibus, quae supra attigimus, incommutabilibus augustissimisque principiis. Huc spectandum, hoc studiose et considerate quaerendum. — Cui quidem rei nihil obesse potest discordia pejus: conjunctio animorum est et quidam quasi concentus actionum pernecessarius. Sed tamen cum perveniendi eo, quo propositum est et esse debet, non certa quaedam ac definita via sit, sed multiplex, ut fere fit in hoc genere rerum, consequitur varias esse posse de agendi ratione honestas eademque conducibiles sententias. Quamobrem universi et singuli meminerint modestiae, lenitatis, caritatis mutuae: quid tempus exigat, quid optimum factu videatur, fraterna unanimitate, non sine consilio vestro, constituent, efficiant.

Ad ipsos ex Manitoba catholicos nominatim quod attinet, futuros aliquando totius voti compotes, Deo adjuvante, confidimus. Quae spes primum sane in ipsa bonitate caussae conquiescit: deinde in virorum, qui res publicas administrant, aequitate ac prudentia, tum denique in Canadensium, quotquot recta sequuntur, honesta voluntate nititur. Interea tamen, quamdiu rationes suas vindicare nequeant universas, salvas aliqua ex parte habere ne recusent. Si quid igitur lege, vel usu, vel hominum facilitate quadam tribuatur, quo tolerabiliora damna, ac remotiora pericula fiant, omnino expedit atque utile est concessis uti fructumque ex iis atque utilitatem quam fieri potest maximam capere. Ubi vero alia nulla mederi ratione incommodis liceat, hortamur atque obsecramus, ut aucta liberalitate munificentiaque pergant occurrere. Non de salute ipso-

rum sua, nec de prosperitate civitatum mereri melius queant, quam si in scholarum puerilium tuitionem contulerint, quantum sua sinat facultas.


Est et aliud valde dignum, in quo communis vestra elaboraret industria. Scilicet vobis auctoribus, iisque adjuvantibus, qui scholis praesunt, instituere accurate ac sapienter studiorum rationem oportet, potissimumque eniti ut, qui ad docendum accedunt, affatim et naturae et artis praesidiis instructi accedant. Scholas enim catholicorum rectum est cum florentissimis quibusque de cultura ingeniorum, de litterarum laude, posse contendere. Si eruditio, si decus humanitatis quaeritur, honestum sane ac nobile indicandum Provinciarum Canadensium propositum, augere ac provehere pro viribus expetentium disciplinam institutionis publicam, quo politius quotidie ac perfectius quiddam contingat. Atqui nullum est genus scientiae, nulla elegantia doctrinae, quae non optime possit cum doctrina atque institutione catholica consistere.

Hisce omnibus illustrandis ac tuendis rebus, quae hactenus dictae sunt, possunt non parum, ii ex catholicis prodesse, quorum opera in scriptione praesertim quotidiana versatur. Sint igitur memores officii sui. Quae vera sunt, quae recta, quae christiano nomini reiue publicae utilia, pro iis religiose animoque magno propugnent: ita tamen ut decorum servant, personis parcant, modum nulla in re transilient. Vereantur ac sancte observent episcoporum auctoritatem, omnemque potestatem legitimam: quanto autem est temporum difficultas major, quantoque dissensionum praesentius periculum, tanto insistant studiosius suadere sentiendi agendique concordiam, sine qua vix aut ne vix quidem spes est futurum ut id, quod est in optatis omnium nostrum, impetretur.


Aspicem coelestium munerum, benevolentiaeque Nostrae palernae testem accipite apostolicam benedictionem quam vobis, venerabiles Fratres, Clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII Decembris, anni MDCCCXCVII, Pontificatus Nostri vicesimo.

LEO PP. XIII.



En la respuesta de la S. C. de Ritos de 17 de Septiembre de 1897 acerca del culto que se debe á las reliquias de la Pasión de N. S. Jesucristo, que se ha publicado en el número anterior, se mandó observar los decretos principalmente el de 12 de Marzo de 1836 y otros relativos al culto de la Cruz y demás instrumentos de la Pasión, sin que se diga cuál sea el sentido de citados decretos, cosa necesaria para la inteligencia de ella. Para este fin haremos constar que según el decreto de 12 de Marzo, no se debe exponer la reliquia de la S. Cruz sobre el Tabernáculo en que se guarda la Eucaristía y según otros varios decretos de la Congregación citada, se debe hacer genuflexión con una sola rodilla ante la reliquia de la santa Cruz cuando se halla expuesta sobre el altar en lugar principal.



### Indulgencia que se concede á ciertos altares.

Episcopus Squillacensis huic S. Congregationi indulgentiarum sequentia dubia enodanda proposuit:

I.—*An Indulgentia Altaris Privilegiati separari possit ab applicatione seu fructu Sacrificii, quando Sacrificium est celebrandum pro defunctis?*

II.—*An eadem Indulgentia Altaris Privilegiati separari possit, quando celebratur Sacrificium pro vivis, ita ut indulgentia praedicta applicari possit pro defunctis ad libitum Celebrantis?*

III.—*Quomodo intelligenda sit inscriptio, quae reperitur in aliquibus Altaribus hujus tenoris: Altare Privilegiatum pro vivis atque defunctis?*

Et in generali Congregatione habita in Palatio Apostolico Vaticano, die 5 Augusti 1897, Emi. Patres rescripserunt:

Ad I<sup>um</sup> et II<sup>um</sup>: *Negative.*

Ad III<sup>um</sup>: *Interpretanda est ita, ut tam pro vivis, si in Altari, de quo agitur, Missae Sacrificium pro vivis applicetur, quam pro defunctis, si pro his S. Sacrificium applicetur, intelligatur concessa Plenaria Indulgentia; pro vivis ad modum jurisdictionis, pro defunctis ad modum suffragii.*

Et facta per me infrascriptum Card. Praefectum SSmo. Domino Nostro Leoni Pp. XIII de his relatione, in Audientia habita die 25 Augusti 1897, Patrum Cardinalium responsiones Sanctitas Sua ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 25 Augusti 1897.—FR. H. M., CARD. GOTTI, *Praefectus*.  
—L. ✠ S.—† A. ARCHIEPISC. ANTINOEN., *Secretarius*.

---

*Sentencia del Juzgado municipal  
de Villanueva del Arzobispo, en juicio verbal por delito  
contra el culto católico.*

---

En Villanueva del Arzobispo, á veinticinco de Septiembre de mil ochocientos noventa y siete: El Sr. D. Víctor Bedmar y Lombardo, Juez municipal de la misma, habiendo visto el presente juicio verbal de faltas entre partes: como querellante, don Pedro Sáenz de Santa María, Cura párroco de esta villa; y como denunciado, Calixto Herreros Tavira, de oficio zapatero y vecino de Iznatoraf, sobre haber permanecido cubierto ante la Cruz y el Clero parroquial, lastimando con ellos los sentimientos religiosos, con motivo del entierro católico de un cadáver, que tuvo lugar en esta villa en la tarde del día veinte de los corrientes:

1.º Resultando que en la misma expresada fecha se presentó oficio por el citado Sr. Cura párroco querellándose de los referidos actos contra el también dicho denunciado; y que, por providencia de igual fecha á la de la denuncia, admitiéndose esta, se mandó convocar á las partes para la celebración del oportuno juicio de faltas, el día veinticinco de los corrientes y hora de las diez de su mañana.

2.º Resultando que, tenido aquella lugar por la parte denunciante, y ratificándose en su querrela, ofreció en su justificación prueba testifical, que evacuaron, contestes con aquélla, los

testigos de estos vecinos Joaquín Sánchez Godoy, Jenaro Rey Ardoy y Pedro Simón Grueso Rezares, sin excepción legal para serlo; y que por el denunciado, negándose los hechos que se le imputan, hizo protestas de consideración y respeto á los actos religiosos de referencia, sin que por su parte ofreciera prueba alguna en su descargo:

3.º Resultando que por el Fiscal municipal, evacuando su dictamen y considerando los hechos denunciados constitutivos de las faltas previstas en el núm. 1.º del art. 586 del Código penal, solicita contra el denunciado la pena de seis días de arresto y cinco pesetas de multa, con las costas, y subsidiaria correspondiente:

4.º Resultando que en la tramitación de este juicio se han observado las prescripciones legales:

1.º Considerando que los hechos por que se procede constituyen la falta prevista y penada en el núm. 1.º del art. 586 del Código penal; siendo responsable de la misma, por prueba testifical suficiente, el denunciado Calixto Herreros Tavira, sin que los motivos de excusa por el mismo alegados de respeto á la Religión católica, por ser la del Estado, y por la consideración misma que su culto se merece, aparte de manifestar asimismo en su descargo no haber herido los aludidos sentimientos religiosos con los actos que se atribuyen, constituyan la exención de responsabilidad que en su petición al Juzgado aduce, dado el que, sin prueba alguna que justifique sus afirmaciones, resulta demostrado de contrario la certeza de los aludidos actos objeto de penalidad, y entre ellos el de haberse reiterado al denunciado en la comisión de aquéllos por el Presbítero acompañante al acto religioso, D. Fernando Uceda, que se descubriera al paso de la Cruz parroquial, sin que por el Calixto Herreros se escucharan estas indicaciones:

2.º Considerando que, en tal virtud, procede imponer al denunciado la penalidad á que se contrae la mencionada dispo-

sición del Código y las costas, conforme asimismo con la petición fiscal:

Vistos, además, los artículos 620 y 624 del mismo Código, y el número 1.º del art. 15, y los de aplicación general de la ley de trámites, fallo: Que debo condenar y condeno al denunciado Calixto Herreros Tavira, vecino de Iznatoraf, á la pena de seis días de arresto y multa de cinco pesetas, debiendo satisfacer esta última en papel de pagos al Estado, y en las costas; y para en el caso de insolvencia, á que sufra la pena subsidiaria correspondiente, á razón de un día de arresto más por cada cinco pesetas que dejare de satisfacer.

Así por esta mi sentencia, definitivamente juzgando, lo pronuncio, mando y firmo, estando en la Sala audiencia de este Juzgado; de todo lo cual yo el Secretario certifico.—*Licenciado Víctor Bedmar.*—*José María Uceda.*



## Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

—

### Número 6.

El día 7 de los corrientes falleció D. José Alaez Ferreras, Párroco de Arenillas de Nuño-Pérez, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.